

VVILHELMVS ANTISTES ARGENTINENSIS.



**V**ilhelmus inter illustres Germaniae viros suo tempore magna auctoritate fuit. Erat enim insigniter doctus, & singulari prudentia conspicuus. Itaque mortuo Vuernhario ipse in locum eius Argentinensis episcopus omnium suffragio elitur, anno millesimo centesimo uicesimo octavo. Quam primum uero lectus erat, cogitare coepit, quanam ratione suam ditionem ædificijs excollere, atque nouorum templorum fundatione Dei gloriam propagare queat. Nam eo tempore magna pars religionis in monasteriorum & templorum structura putabatur. Itaque templum cathedralis ab antecessore coepit, magnis sumptibus absolvit. deinde S. Thomæ templum restaurauit. Idem etiam in S. Columbani egestate præstitum. Cum etiam ad S. Petrum huc usque tantum quatuor Canonici fuissent, ipse octo adiecit, atque ihsu uendit regulas prescripsit. Hunc locum ad S. Petrum iuniorem vocauit, ob alterius S. Petri templum, quod Argentinae cernitur.